Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

Et factus est sermo dni XXXV
ad me dicens: fili hominis
prone facie tua adversus
montem seyr: et vaticinabis de eo
et dices illi: hec dicit dns deus
ecce ego ad te mons seyr: et ex-
tendam manum meam super te: et
dabo te desolatum atque desertum:
urbes tuas demolior et tu de-
sertus eris: et scies quia ego dns
eo quod fueris inimicus sempiternus
et conclusteris filios israel in ma-
nus gladii in tempore afflictionis eo-
rum: in tempore iniquitatis extrinse-
cum. propterea vivo ego dicit dns deus
quoniam sanguini tradam te: et sanguis
te persequetur: et cum sanguinem ode-
ris sanguis persequetur te: et dabo
montem seyr desolatum et desertum
et auferam de eo euntem et redeuntem
et implebo montes eius corporum su-
orum super collibus tuis et in valli-
bus tuis atque in torrentibus inter-
fecti gladio cadent super solitudi-
nes sempiternas tradam te: et
civitates tue non habitabuntur
et scies quia ego dns deus: eo quod
dixeris duae gentes et duae terre
mee erunt et hereditate possede-
bo eas cum dns esset ibi. propterea
vivo ego dicit dns deus quia
faciam iuxta iram tuam et secun-
dum zelum tuum que fecisti odio hab-
ens: et notus efficiar per eos cum
te iudicaero: et scies quia ego
dns: audivi omnia opprobria
tua que locutus es de monti-
bus israel dicens: Deserti nobis
ad devorandum dati sunt. et in-
surrexisti super me ore vestro
et detraxisti adversum me: verba
vera ego audivi. hec dicit dns
deus: letante universa terra in
solitudinem te redigam: sicuti ga-
visus es super hereditate domus israel
eo quod fuerit dissipata sic faciam
tibi. Dissipatus eris mons seyr
et ydumea omnis et scient quia
ego dominus: XXXVI
Tu autem fili hominis prophetabis
super montes israel: et di-
ces: montes israel au-
dite verbum dni. hec dicit dns
deus: eo quod dixerit inimicus de
vobis euge altitudines sempiterne
in hereditate date sunt nobis: propte-
rea vaticinare et dic: hec dicit
dns deus: quia eo quod depositi estis
et circumdati per circuitum et facti in
hereditate reliquis gentibus: et
ascendistis super linguam labium
et opprobrium populi. propterea mon-
tes israel audite verbum dni dei
hec dicit dns montibus et
collibus torrentibus vallibus et
desertis vastitatibus et urbibus
desertis que depopulate sunt: et
subsannate a reliquis gentibus
per circuitum: propterea hec dicit dns
deus ecce enim in igne zeli mei
locutus sum de reliquis gentibus
et de ydumea omnis. qui dederunt
terram meam sibi in hereditatem cum la-
titia et toto corde et animo: et
eiecerunt eam ut vastaretur: propte-
rea vaticinare super humum israel: et
dices montibus et collibus iugis
et vallibus. hec dicit dns deus
quia eo quod depositi estis ecce ego in
zelo meo et in furore meo loqu-
tus sum eo quod confusionem gentium
sustinueritis. propterea hec dicit dns
deus: ego levavi manum meam
ut gentes que in circuitu vestro sunt